

Fabula de trochillida

(Mense Martio exeunte, hanc fabellam audiui, quae apta est his diebus et morbo pestifero qui nos cruciat. Fabella mihi placet et vobis quoque narrare volo.)

In Africa sunt magnae silvae, ubi multa animalia vivunt: leones, elephanti, lupi et alia. Quondam in silva magnum incendium oritur, et omnia animalia e silva fugiunt, quia ignem metuunt nec mori volunt. Bestiae currunt, aves volant procul ab incendio.

Leo, qui currens fugit, videt trochillidam, quae ad silvam advolat.

Leo avem interrogat: «Cur, stulta avis, ad periculum curris? Abi, fuge!».

Trochillida, quae est avis tam parva quam musca, respondet: «Volo ire in silvam, ubi est rivus. Aqua os meum impleo et eam super incendium eicere volo».

Ei leo: «Non potes – inquit – paulum aquae hauriens magnum incendium delere!».

Trochillida respondet: «Scio, facere autem volo. Puto hoc officium meum esse».

Trochillida, ae = colibrì

Quondam = una volta

Incendium, ii = incendio

Ignis, is = fuoco

Officium, ii = còmpito, dovere

(Ivana Milani)